Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36637
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv

112.

\# 393.

Ministialis quidam comitis Heinrici de Frantenhusen Ortolfus . H. de holrespach quoddam predium situm in monte qui dicitur Wisperge (*margin:* wispge) super altare s. Petri salzburch iure proprietatis hoc tenore tradidit. ut quamdiu ipse adviveret prefato altari de eodem predio .xxx. denarios persolveret. post finem vero vite ipsi fratribus in prefato loco degentibus in proprietatem cederet. Testes sunt. Tanchrad de pinzgowe. Dietmarus de Linode. Eppo filius Olen de chuchel. Chunrad ministialis dicti comitis. Walchun de travgallen. Liutfrid. Perhtold coc. Chuntherus coc. Frideric.

\# 394.

Noticie cunctorum intimamus. qualiter Hartnidus castellanus pro anima coniugis sue Irmgardis defuncte et pro animabus parentum suorum predium quoddam situm iuxta rivum qui dicitur Erlbach (*margin:* Erlbah.) ad monasterium beati Petri salzburch ubi monastica vita agitur sub his testibus potestativa manu tradidit. Marchwardus filius sororis eiusdem Hartnidi. Liutoldus de Achaimen. Megingoz filius Gerbolti. Perhtoldus iudex. Ernst cellerarius. Otto de Longowe. Gerboto de Sewalhen. Heinricus albus. Pabo de Uiscahe. Bruno. Heinricus. Ernst. Charle. Walchun. Perhtoldus aurifex. Liutoldus de Ode.

(*margin:* Brunheim.)

\# 395.

Future generationi notum sit. qualiter quidam nobilis homo Hartfolch nomine de Velwe partem quandam sue proprietatis quam quidam Dietmarus ab ipso habuit in villa que dicitur Ruthaimen (*margin:* Ruthheim.) in Liuchentale potestativa manu ad altare beati Petri salzburc sub hac conditione tradidit. ut post finem vite sue prefata pars proprietatis fratribus prefati loci serviat. si vero adhuc ipse vivens ab eadem parte possessione recessisset. nichilominus dictis fratribus iusum cederet. Huius rei testes sunt. Hartnidus castellanus. Liutoldus de humbrehtstorf. et homo eius Engelram. Coteschalcus de Puhelen. Hartwicus de mulbach. Otto frumpile. Wolframus de offenwanch. Engelbertus cognomine gnustinch. Charle et Heinricus albus homines castellani prenominati. Aswinus de traugalle.

\# 396.

Quidam de ministialibus beati Rodberti. H. Sigboto de Surberch tradidit iure proprietatis ad altare s. Petri. Salzburc ubi monastica vita agitur duo predia que vulgo hube dicuntur sita in loco qui wintenwurle dicitur (*margin:* wintenwurle). sic contigerat partem eius post factam inter ipsum et fratrem eius Megingoz divisione paterne hereditatis. Que traditio hoc tenore facta est. ut eadem predia post terminum vite eius in elimosinam fratrum prefati loci cederent. Hi testes sunt. Megingoz frater eiusdem Sigbotonis. Hartnidus castellanus. Wolframus de offenwanch. Liutoldus de achaimen. Hartmannus de ronegrim. Ulricus de atenath et frater eius Ekkehart. Rudolfus homo dicti megingoz. et Volcholdus homo eiusdem Megingoz. Heinricus dictus Stanthengest.

(*margin:* Erlands)

ministialis s. R. \# 397.

Otto de dietfurten (*margin:* Dietfurten . Frouratesbah.) filius sororis cuiusdam Aswini quicquid habuit proprietatis in locis istis quorum nomina sunt. dietfurten et frouratesbach tam in servis et ancillis quam in proprietatibus agrorum tradidit iure possessionis super altare. s. Petri salzburc. ipseque post factam traditionem a domino Heinrico abbate loci eiusdem quicquid dederat in beneficium recepit sub his testibus. Heinricus de purchusen. Liupoldus de walde. Pilgrimus de Froschaimen senior. Albun de Gebenigen. Wirige de Hunsperch. Reinhardus de mulberch. Liupoldus de Hunsberch. Rahwinus de antheringen. Fridericus de lallaresperge. duo filii cuiusdam Wichmanni de salzburch. Olricus de tachingen et filius eius Rodbertus. Liutoldus de Sciraberch.

\# 398.

Heinricus scholdenir de Purchusen primam Pabonis de eringen tradidit super altare s. Petri. salzburch predium quod dicitur brunhaimen. cum sorore sua filiaque sororis sue sub regula monastice conversationis inibi degere decrevissent. Cuius rei testes. Comes Gebehardus de Purchusen. Liupoldus de stamhaimen. Wernhardus de ride. Reinbertus de haigermos. Rodegerus de stainphe. Starchandus de hittenbach. Popo de tachingen. Perhtoldus de winneburen. Sigeloh ministialis prefati comitis.

\# 399.

Liutoldus de Siestorf et filius eius Heinricus pro remedio anime Meinhardi occisi filii eiusdem Liutoldi simulque parentum suorum iure proprietatis tradiderunt super altare beati Petri. salzburch predium quoddam videlicet dimidiam hubam dictam Welle (*margin:* welle) sitam in monte qui dicitur Lenlinsperge sine conditione in elimosinam fratrum deo inibi servientium. insuper et tradiderunt prefatus Liutoldus et filius eius predium quoddam dictum Haberlamh prefato altari sub hac conditione. ut si idem Heinricus absque herede decederet. absque contradictione prefatis fratribus in usum cederet. Hii testes sunt. Hartnidus castellanus. Aswinus de inne et filius eius Ernst. Pilgrimus de uechlahe. Megingoz de engelhalmingen. Megingoz de sal. Raban de sal. Walchun de sal. Dietricus filius dicti Liutoldi. Paldewinus de Siestorf.

\# 400.

Notum esse volumus quod Wernherus de velles ministialis brixinensis ecclesie tradidit ad monasterium beati Petri salzburch cum filia sua quam inibi sub regula beati Benedicti conversari constituit dimidiam hubam sitam in monte qui dicitur vilanters. postquam uxor eiusdem Wernheri Heilica nomine et filii et filie eorum se proprietate eiusdem possessionis abdicaverunt. Adhibiti testes sunt. Reinbertus frater eiusdem Wernheri et Purchardus de uelles. Olricus homo Reinberti. Cotschalcus. Chadelhoch. Moruinch. Rodolfus. de uelles.